



1013

# CALENDARIUM

*Ms. Blesdyk  
PRO*

## CLERO DIOECESIS VILNENSIS

IN ANNUM DOMINI

# 1913.

*edidit*

*Sac. L. Ch. S. T. M.*



VILNAE

typis et sumptibus typographiae V. Kopeć  
1912.

Nihil obstat quominus ex  
cudatur. Censor librorum

Sac. Źebrowski.

Nº 5578

APPROBATOR.

Vilnae Die 20 novembris 1912 an.

Dioecesis Vilnensis Administrator Apostolicus  
Protonotarius Apostolicus **C. Michalkiewicz.**

Secretarius Curiae **Sac. J. Steckiewicz.**

## **Sacerdos-Homo Dei Vir orationis esse debet.**

Sacerdos. quomodo potest a populo observari, qui nihil habet secretum a populo, et a multitudine dispar? Quid in te miretur si sua in te cognoscit, si nihil in te aspiciat, quod ultra se inveniat? (s. Ambr. lib. I op. 6).

---

### **Dies sacerdotis A MEDITATIONE incipiatur oportet.**

Frater mi carissime! si sacerdos zelosus ac sanctus esse vis..... meditationem. adama! (Pelczar. Ascetyka I).

Beatus vir, qui..... in lege Eius (Domini) meditabitur die ac nocte,... erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum..... omnia, quaecumque fecit, prosperabuntur. (Ps. I. 1—4).

Sicut adipe et pinguendine repleatur anima mea..... si... in matutinis meditabor in te. (Ps. 62. 6—7).

«Summum igitur studium nostrum sit in vita Jesu Christi meditaari». (De imitat. Chr. I, 1).

«Intelligite, fratres. nil aeque ecclesiasticis omnibus viris esse necessarium, ac est **oratio mentalis**, actiones nostras omnes praecedens, concomitans et subsequens... Si Sacra mentis ministras, o frater, meditare quid facis; si Missam celebras, meditare quid offers; si psallis, meditare cui et quid loqueris; si animas regis, meditare

*quonam sanguine sint lavatae» (S. Carolus. Or. ad clerum).*

*«Magnarum utilitatum summa, quas meditatio parere est nota, nos item docet atque admonet, quam sit illa, non modo in omnem partem salutaris, sed admodum necessaria». (Pii PP. X adhortatio ad clerum, 4 aug. 1908 an.)*

---

## Libri qui sacerdotibus in meditatione instituenda adiutorio esse possunt \*).

S. Augustini. Meditationes et soliloquia . . .	—,45	cop.
Cuvelhier. Meditationes brevissimae in usum sacerdotum . . . . .	—,45	"
Da Ponte. Meditationes de praecipuis fidei nostrae mysteriis. 6 vol. . . . .	8,—	"
Krust. Meditationes ex Exercititia . . . . .	2,50	"
Lancicius. De piis erga Deum et Sanctos affectibus. 2 vol. . . . .	3,—	"
Manna. quotidiana sacerdotum. 3 vol. . . .	5,70	"
Pettididier. Exercitia spiritualia . . . . .	1,20	"
Chaignon. Rozmyślania dla kapłanów 3 t..	6,—	"
Chmielowski. Rozmyślania o cnotach teolo- gicznych . . . . .	—,50	"
Chmielowski. Rozmyślania o pokucie . . .	—,75	"
" Kapłan i cnota czystości .	—,75	"
Clemens. O miłości ukrzyżowanego Zbawi- ciela 2 t. . . . .	1,80	"
Hamon. Rozmyślania 2 t. . . . .	3,—	"
Jackowski. Rozważ to dobrze . . . . .	—,30	"
Jeż. Szereg rozмышлani dla kapłanów . . .	—,90	"
Krasset. Sługa Chrystusowy . . . . .	1,—	"
Mach. Skarb kapłana 2 t. . . . .	3,40	"
Pelczar. Rozmyślania o życiu kapłana 2 t.	5,40	"
" Jezus Chrystus 4 vol. . . . .	6,—	"
Semenenko. Ćwiczenia duchowne . . . . .	2,70	"

---

\*) Veneunt in libraria catholica J. Zapaśnik, Vilnae, Do-  
minikańska 4.

Tomasz a Kempis. O naśladowaniu Jezusa		
Chrystusa . . . . .	—,30	cop.
Vercruyse. Przewodnik prawdziwej poboż- ności 2 t. . . . .	3,—	"
Belleciusz. Ćwiczenia duchowne . . . . .	—,60	"
Bernatowicz. Krótkie rozmyślania dla kapł. . . . .	—,60	"
Caron. Kwadrans u stóp Jezusa . . . . .	—,50	"
Crasset. Klucz do rozmyślań . . . . .	—,15	"
Gąsiorowski. Droga do poznania Boga 2 t. . . . .	4,—	"
Sto rozmyślań o PNajśw. Sakr. . . . .	—,50	"
Grou. Rozmyślania o miłości Bożej . . . . .	—,80	"
Kajsiewicz. Rozmyślania o Mcęce Chr. Pana . . . . .	1,—	"
Kalinka. . . . .	—,50	"
Patiss. Materiae meditationum . . . . .	5,—	"
" Podręcznik do rozmyślań 4 t. . . . .	5,—	"
Ćwiczenia duchowne św. Ignacego Pinamonti . . . . .	—,60	"
Św. Antoni Liguori. Podręcznik meditacyi 3 t. . . . .	5,50	"
Chaignonas. Meditacijos arba dvasiski apdu- mojimai 4 vol. . . . . . . . . . .	2,—	"

---

Jesu patientíssime,	miserére.
Jesu, obedientíssime,	miserére.
Jesu, mitis et húmiliis corde,	miserére.
Jesu, amátor castitás,	miserére.
Jesu, amátor noster,	miserére.
Jesu, Deus pacis,	miserére.
Jesu, auctor vitæ,	miserére.
Jesu, exémplar virtútum,	miserére.
Jesu, zelátor animárum,	miserére.
Jesu, Deus noster,	miserére.
Jesu, refúgium nostrum,	miserére.
Jesu, pater paúperum,	miserére.
Jesu, thesaúre fidélium,	miserére.
Jesu, bone pastor,	miserére.
Jesu, lux vera,	miserére.
Jesu, sapiéntia ætérna,	miserére.
Jesu, bónitas infinítia,	miserére.
Jesu, via et vita nostra,	miserére.
Jesu, gaúdium Angelórum,	miserére.
Jesu, Rex Patriarchárum,	miserére.
Jesu, Magíster Apostolórum,	miserére.
Jesu, Doctor Evangelistárum,	miserére.
Jesu, fortitúdo Mártyrum,	miserére.
Jesu, lumen Confessórum,	miserére.
Jesu, púritas Vírginum,	miserére.
Jesu, coróna Sanctórum ómnium,	miserére.
Propítius esto,	parce nobis, Jesu.
Propítius esto,	exaudi nos, Jesu.
Ab omni malo,	líbera nos, Jesu.
Ab omni peccáto,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
Ab insídiis diáboli,	líbera.
A spíritu fornicatiónis,	líbera.
A morte perpéta,	líbera.
A negléctu inspiratiónum tuárum,	líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ,	libera.
Per nativitatem tuam,	líbera,

Per infántiam tuam, líbera.  
Per diviníssimam vitam tuam, líbera.  
Per labóres tuos, líbera.  
Per agoníam et passiónem tuam, líbera.  
Per crucem et derelictiónem tuam, líbera.  
Per languóres tuos, líbera.  
Per mortem et sepultúram tunm, líbera.  
Per resurrectiónem tuam, líbera.  
Per ascensiónem tuam, líbera.  
Per sanctíssimæ Eucharístiæ institutióñem tuam, líbera.  
Per gaúdia tua, líbera.  
Per glóriam tuam, líbera.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Jesu.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaudi nos, Jesu.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserere nobis, Jesu.  
Jesu, audi nos.  
Jesu, exaudi nos.

### Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui dixisti: Pétite et accipiéts; quáerite et inveniéts; pulsáte et aperiétur vobis, quáesumus, da nobis peténtibus diviníssimi tui amóris afféctum. ut te toto corde, ore et ópere diligámus et a tua numquam laude cessémus.

Sancti Nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditaté tuæ dilectiōnis instituis. Qui vivis et regnas in sáecula sæculorum.

Amen.

---

### Litaniæ de Sacro Corde Jesu.

Indulgentia 300 dierum hujusmodi Litanias cum adnexis precibus tum privatim tum publice devote recitantibus vel decantantibus. (Leo XIII. 2. Aprilis 1899).

Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.

Christe, audi nos.	
Christe, exaudi nos.	
Pater de cœlis Deus,	miserére nobis.
Fili, Redémptor mundi Deus,	miserére.
Spiritus Sancte Deus,	miserére.
Sancta Trinitas, unus Deus,	miserére.
Cor Jesu Filii Patris aeterni,	miserére.
Cor Jesu, in sinu Virginis Matris a Spíritu Sancto formatum,	miserére.
Cor Jesu, Verbo Dei substancialiter unitum,	miserére.
Cor Jesu, Majestatis infinitae,	miserére.
Cor Jesu, Templum Dei Sanctum,	miserére.
Cor Jesu, Tabernaculum Altissimi,	miserére.
Cor Jesu, Domus Dei et porta cœli,	miserére.
Cor Jesu, fornax ardens caritatis,	miserére.
Cor Jesu, justitiae et amoris receptaculum,	miserére.
Cor Jesu, bonitate et amore plenum,	miserére.
Cor Jesu, omni laude dignissimum,	miserére.
Cor Jesu, rex et centrum omnium cordium,	miserére.
Cor Jesu, in quo habitat omnis plenitudo di- vinitatis,	miserére.
Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complacuit	miserére.
Cor Jesu, de cuius plenitudine omnes nos accépimus,	
Cor Jesu, desiderium collium aeternorum,	miserére.
Cor Jesu, patiens et multæ mitericordiae,	miserére.
Cor Jesu, dives in omnes qui invocant Te,	miserére.
Cor Jesu, fons vitae et sanctitatis,	miserére.
Cor Jesu, propitiatio pro peccatis nostris,	miserére.
Cor Jesu, saturatum opprobriis,	miserére.
Cor Jesu, attritum propter sclera nostra,	miserére.
Cor Jesu, usque ad mortem obediens factum,	miserére.
Cor Jesu, fons totius consolacionis,	miserére.
Cor Jesu, vita et resurreccio nostra,	miserére.
Cor Jesu, pax et reconciliatio nostra,	miserére.
Cor Jesu, victima peccatorum,	miserére.
Cor Jesu salus in Te sperantium,	miserére.

Cor Jesu, spes in Te moriéntium, miserére.  
Cor Jesu, delíciae Sanctórum ómnium, miserére.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaúdi; nos Dómine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

V. Jesu, mitis et húmiliis Corde.

R. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

### Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílli tui, et in laudes et satisfactíones, quas in nómine peccatórum tibi persólvit, iísque misericórdiam tuam peténtibus, tu véniam concéde placátus, in nómine ejúsdem Fílli tui Jesu Chrisi, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sæculórum. Amen.

---

### Litaniæ Lauretanæ B. Mariæ Virg.

Indulgentia 300 dierum toties quoties. (Pius VII. 30 Sept. 1817).

Kyrie eléison. Christe eléisom.

Kyrie eiéison.

Christe, audi nos.

Christe, exaúdi nos.

Pater de cœlis Deus,

miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi Deus,

miserére.

Spíritus Sancte Deus,

miserére.

Sancta Trinitas unus Deus,

miserére.

Sancta Maria,

ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix,

ora.

Sancta Virgo Vírginum,

ora.

Mater Christi,

ora.

Mater divínæ grátiæ,

ora.

Mater puríssima,

ora.

Mater castíssima,	ora.
Mater invioláta,	ora.
Mater intemeráta,	ora.
Mater amabilis,	ora.
Mater admirabilis,	ora.
Mater boni Consílii.	ora.
Mater Creatóris,	ora,
Nater Salvatóris,	ora.
Virgo prudentíssima,	ora.
Virgo veneranda,	ora.
Virgo prædicanda,	oru.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidélis,	ora.
Spéculum justitiæ,	ora.
Sedes sapiéntiæ,	ora.
Causa nostræ lœtitiæ,	ora.
Vas spirituále,	ora.
Vas honoráble,	ora.
Vas insigne devotiónis,	ora.
Rosa mystica,	ora.
Turris Davídica.	ora.
Turris ebúrnea,	ora.
Domus aúrea,	ora.
Fœderis arca,	ora.
Jánua coeli.	ora.
Stella matutína,	ora.
Salus infrmorum,	ora.
Refúgium peccatórum,	ora.
Consolátrix afflictórum,	ora.
Auxílium Christianórum,	ora.
Regína Angelórum,	ora.
Regína Patriarchárum,	ora.
Regína Prophetárum,	ora.
Regína Apostolórum,	ora.
Regína Mártyrum,	ora.
Regina Confessórum,	ora.

Regína Vírginum, ora.  
Regína Sanctórum ómnium, ora.  
Regína, sine labe origináli concépta, ora.  
Regína sacratíssimi Rosárii, ora.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exaúdi nos Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

### Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumu Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére: et gloriósa beatæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætérrna pérfrui lætitia. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

---

### Præparatio ad Missa.

---

*Antiphona.* Ne remiuscáris\*) Dómine delícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindictam sumas de peccátis nostris.

### Psalmus 83.

Quam dilécta tabernácula tua Dómine virtútum: concupíscit, et déficit áнима mea in átria Dómini.

Cor menm, et caro mea exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

---

\*) Que Antiphona in Festis duplicitibus tantum duplicatur. Tempore Paschali additur in fine *Alielúja*.

Altaria tua, Dómine virtútum: Rex meus, et Deus meus.

Beati, qui hábitant in domo tua Dómine: in sæcula sæculorum laudábunt te.

Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiōnes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco quem pósuit.

Etenim benedictiōnem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtútem: vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiōnem meam: aúribus pércepe Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus: et rēspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis, super mília.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, et veritatem díligit Deus: grátiam, et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in inno-céntia: Dómine virtútum, beatus homo, qui sperat in te.

Glória Patri.

### Psalmus 84.

Benedixisti Dómine terram tuam: avertisti capti-vitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam; avertisti ab ira indignatiōnis tuæ.

Convérte nos Deus salutáris noster: et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? aut extén-des iram tuam a generatiōne in generctiōnem?

Deus tu convérsus vivificábis nos: et plebs tua lætabitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam: et salutáre tuum da nobis.

Aúdiām quid loquátur in me Dóminus Deus: quóniam loquétur pacem in plebem suam!

Et super Sanctos suos: et in eos qui convertún-  
tur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsius:  
ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et véritas obviavérunt sibi; justitia  
et pax osculátæ sunt.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: et terra no-  
stra dabit fructum suum.

Justitia ante eum amublabit: et ponet in via gres-  
sus suos.

Glória Patri.

### Psalmus 85.

Inclína Dómine aurem tuam, et exaudi me: quón-  
iam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sánctus sum:  
salvum fac servum tuum, Deus mens, sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi  
tota die: lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dó-  
mine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis, et mitis: et multæ  
misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe Dómine oratióñem meam: et in-  
ténde voci deprecationis meæ.

In die tribulatióñis meæ clamávi ad te: quia  
exaudísti me.

Non est símilis tui in diis Dómine: et non est  
secúndum ópera tua.

Omnes gentes, quascumque fecísti, vénient, et  
adorábunt coram te Dómine: et glorificábunt no-  
men tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: tu  
es Deus solus.

Deduc me Dómine in via tua, et ingrédiar in veritáte tua: lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitebor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, et glorificábo nomen tuum in æternum:

Quia misericórdia tua magna est super me: et eruisti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurexérunt super me: et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: et non proposué-runt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor et miséricors, pá-tiens, et multæ misericórdiæ, et verax.

Réspice in me, et miserére mei, da impérium tuum púero tuo: et salvum fac filium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et contundántur: quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

### Psalmus 115.

Crédidi, propter quod locútus sum: ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino, pro ómnibus, que retrí-buit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo ejus: pretiósaa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus;

O Dómine quia ego servus tuus: ego servus tuus; et filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: tibi sacrificábo hóstiam lau-dis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pôpuli ejus: in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Glória Patri.

Psalmus 129.

De profundis clamávi ad te Dómine: Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes obseváveris Dómine: Dómine, quis suitinébit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dóminum misericórdia: et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israël, ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Glória Patri.

*Deinde repetitur Antiph.* Ne reminiscáris Dómine delicta nostra, vel paréntum nostrorum: neque vincentiam sumas de peccatis nostris. (Allelúja).

Kyrie eléison. Christe eléison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentatióne. R. Sed libera nos a malo.

V. Ego dixi: Dómine miserére mei. R. Sana animam meam, quia peccávi tibi.

V. Convrétere Dómine aliquántulum. R. Et deprecáre super servos tuos.

V. Fiat misericórdia tua Dómine super nos. R. Quemádmodum sperávimus in te.

V. Sacerdótes tui induántur justitiam. R. Et sancti tui exsúltent.

V. Ab occúltis meis munda me Dómine. R. Et ab alienis parce servo tuo.

V. Dómine exaudi oratióne meam. R. Et clámor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

## Orémus.

Aures tuæ pietatis, mitissime Deus, inclína précibus nostris, et grátia Sancti Spíritus illumina cogitationes cordis nostri, ut te perfécte diligere, et digne laudáre mereámur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purifica per infusiónem Sancti Spíritus cogitationes cordis nostri, ut te perfécte diligere, et digne laudáre mereámur.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procédit, illúminet: et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem.

Adsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spíritus Sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómnibus tueátur advérsis.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuisti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Consciéncias nostras, quæsumus Dómine, visitán-  
do purifica: ut véniens Dóminus noster Jesus Christus  
Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem:  
Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Stncti  
Deus, per ómnia sæculórum. Amen.

## Oratio ad B. Virginem Mariam.

Indulg. 100 dierum (Leo XIII. 17. Febr. 1883).

O Mater pietatis et misericórdiæ, beatissima Virgo María, ego miser et indígnus peccátor ad confúgio toto corde et afféctu, et precor pietátem tuam: ut sicut dukcíssimo Fílio tuo in cruce pendénti astitísti, ira et mihi mísero peccatóri, et sacerdótibus ómnibus hic et in tota sancta Ecclésia hódie offeréntibus, cle-

mènter assístere dignéris, ut tua grátia adjúti, dignam et acceptábilem hóstiam in conspéctu summæ et individuæ Trinitatis offére valeàmus. Amen.

### Oratio ad S. Joseph, Spontum B. M. V.

Indulg. 100 dierum (Leo XIII. 20. Dec. 1884).

Angeli, Archángeli, Throni, Dominatiónes, Principátus, Potestátes, Virtútes cœlórum, Chérubim atque Séraphim, omnes Sancti et Sanctæ Dei, præsértim Patróni mei, intercédere dignémini pro me, ut hoc Sacrificium Deo omnipoténti digne váleam offérre, ad laudem et glóriam nóminis sui et utilitátem meam, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ. Amen.

### Declaratio intentionis ante Missam.

Indulg. 50 dierum (Gregor. XIII).

Ego volo celebráre Missam, et confícere Corpus et Sanguinem Dómini nostri Jesu Christi, juxta ritum sanctæ Románæ Ecclésiæ, ad laudem omnipoténtis Dei, totiúsque cūriæ triumphántis, ad utilitátem meam, totiúsque cūriæ militántis, pro ómnibus qui se comendaverunt orationibus meis in génere et in spécie, et pro felíci statu sanctæ Románæ Ecclésiæ. Amen.

Gaúdium cum pace, emendatióne vitæ, spátiu veræ pœniténtiæ, grátiam et consolatióne Sancti Spíritus, perseverántiam in bonis opéribus, tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. Amen.

---

## Preces post Missam.

*Sacerdos.* Zdrowaś Maryo, łaskiś pełna i t. d. }  
*Populus.* Święta Maryo, Matko Boża i t. d. } ter.

---

### A N T Y F O N A .

Witaj, Królowo, Matko miłosierdzia, życie, słodkości i nadziejo nasza, witaj!

Do Ciebie wołamy, wygnańcy, synowie Ewy.

Do Ciebie wzduchamy, jęcząc i płacząc na tym łez padole.

Tedy więc Orędowniczko nasza, Twoje miłosierne oczy ku nam zwróć.

A Jezusa, błogosławiony owoc żywota Twego, po tem wygnaniu nam okaż.

O łaskawa, o litościwa, o słodka Panno Maryo.

V. Módl się za nami, Św. Boża Rodzicielko.

R. Abyśmy się stali godnymi obietnic Chrystusowych.

---

### M Ó D L M Y S I E .

*Sacerdos.* Boże, ucieczko nasza i mocy, wejrzyj na lud, do Ciebie wołający, a za przyczyną chwalebnej i niepokalanej Dziewicy, Bożej Rodzicielki, Maryi, ze świętym Józefem, Jej Oblubieńcem, ze świętymi Apostołami Twoimi, Piotrem i Pawłem, oraz ze wszystkimi Świętymi, wysłuchaj litościwie i łaskawie prośb, które za nawrócenie grzeszników, za wolność i wywyższenie świętej Matki Kościoła zanosimy. Przez tegoż Chrystusa Pana naszego.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Święty Michale Archaniele, broń nas w walce; przeciwko niegodziwościom i zasadzkom djabelskim bądź nam obroną! Niechaj mu Bóg rozkaże, pokornie o to prosimy; Ty zaś, o Książę zastępów niebieskich, szatana i inne złe duchy, które na zgubę dusz ludzkich krążą po świecie, za Boską pomocą strać do piekła.

*Populus.* Amen.

(Indulg 300 d, Leo XIII.)

Niech będzie Bóg błogosławiony.

Błogosławione Jego Święte Imię.

Błogosławiony Jezus Chrystus, prawdziwy Bóg i prawdziwy człowiek.

Błogosławione Imię Jezusowe.

Błogosławione Jego Przenajświętsze Serce.

Błogosławiony Jezus w Przenajświętszym Sakramencie Ołtarza.

Błogosławiona Wielka Matka Boża Maryja Najświętsza.

Błogosławione Jej święte i niepokalane poczęcie.

Błogosławione Imię Maryi, Dziewicy i Matki.

Błogosławiony Bóg w swoich Aniołach i swoich Świętych. Amen.

*Sacerdos.* Najświętsze Serce Jezusa. } ter.

*Populus.* Zmiłuj się nad nami: }

Sic recitande sunt Laudes Divini Nominis a sacerdotibus alternatim cum populo post quamlibet Missam lectam.

## Vel lithuanice.

*Sacerdos.* Sveika, Marija, mylistos pilna ir t. t. }  
*Populus.* Sventa Marija, Motina Dievo ir t. t. } ter.

---

### A N T I P H O N A.

*Sacerdos.* Sveika, Karaliene, milaširdybes Motina:  
mūsu gyvenime, saldybe ir viliae, sveikai!

Tavęspi šaukiames ištremtieji Jievos sunus.

Tavęspi dūsaujame vaitodami ir verkdami šitoje  
ašaru pakalneje.

Taigi Tu, musų Užtarytoja anas savo milaširdingas  
akis į mumis atgręžkie.

Ir Jezū, palaimintą Tavo yščiaus vaisių, mums po  
šio ištremimo parodik.

O maloningoji, o mieloji, o saldžioji Pana Marija.

V. Melskis už mus Šventoji Dievo Gimdytoja.

R. Idant verti taptumemė Kristaus žadejimų.

---

### M E L S K I M É S.

*Sacerdos.* Dieve, musų prieglauda ir tvirtybe, ma-  
loningai žvilgterek į žmones, kurie Tavęspi  
šaukiasi, par garbingos ir nesuteptos Panos  
Dievo Gimdytojos, Marijos, palaiminto Juoza-  
po, Jos Sužieduotino, palaimintu Tavo Apašt-  
alų Petro ir Povilo ir su visų šventujų už-  
tarymą, milaširdingai ir maloningai išklausyk  
maldų, kuriąs kalbame už nusidejelų atsiverti-  
mą ir šventosios Motinos Bažnyčios laisvę ir  
paukštinimą. Per musu Viešpatį Kristų.

*Populus.*

Amen.

*Sacerdos.* Šventasai Mykolai Arkaniole, gynk mus kovoje; būk mums uždangā prieš velnio nedorybę ir žabangas. — *Idant suvaldytū ji Dievas, nusižeminę meldžiame:* o Tu, dangaus kareivijos Kunigaikštis; velniai ir kitas piktašias dvasias, kurios valkiojasi pasaulyje, tykodamos žmones pražudyti, su Dievo galybe pragaran nustumki.

*Populus.* Amen.

Palaimintas Dieras!

Palaimintas Šventas Jo Vardas!

Palaimintas Jezus Kristus, tikras Dievas ir tikras žmogus!

Palaimintas Jezaus Vardas!

Palaimintas Švenčiausia Jo Širdis!

Palaimintas Jezu Švenčiausiamė Altoriaus Sakramente!

Palaimintas Didži Švenčiausia Dievo Motina Marija!

Palaimintas Šventas ir nekaltas Jos Prasidejimas!

Palaimintas Marijos Panos, ir Motinos Vardas!

Paaimintas Dievas, savo Aniolais ir Šventaisiais!

*Kunigas.* Švenčiausioji Jezaus Širdie, } ter.

*Žmones.* Snsimylk ant musu.

O R A T I O.

Obsecro te, dulcissime Domine Iesu Christe, ut Passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar: vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrrier atque delecter; aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum: mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exsultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

(Omnes sacerdotes rite dispositi, orationem hanc genuflexi recitantes remissionem defectuum et culparum in sacrificio Missae litando contractarum obti nere possunt.)

*Ant.* Trium puerorum cantémus hymnum, quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dóminum.

Quæ *Ant.* in Festis duplicibus tantum duplicatur: et temp. Pasch. additur in fine Allejúja.

*Canticum trium Puerorum.*

Can. 3.

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte et superexaltáte cum in sáecula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: benedicite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino: benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino: benedicite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino: benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruïna Dómino: benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedícite gláicies et nives Dómino: benedicite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino: benedícite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum: laudet, et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes et colles Dómino: benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: benedícite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete, et ómnia, quæ movénfur in aquis, Dómino: benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiae et pécora Dno: benedícite filii hóminum Dno.

Benedícat Israél Dóminum: laudet et superexáltet eum in sáecula.

Benedícite et sacerdótes Dómin iDómino: benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus et ánimae justórum Dómino: benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaël Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sáecula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: laudémus et superexaltémus eum in sáecula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli: et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sáecula.

*Psalmus 150.*

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtutibus ejus: laudáte eum secún-dum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psal-tério et cíthara.

Laudáte eum in tympano, et choro: laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus: laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: omnis spíritus laudet Dó-minum.

Glória Patri.

*Ant.* Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant sancti in camino igit, benedicentes Dóminum. (Allelúja.)

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem. R. Sed libera nos a malo.

V. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua.  
R. Et sancti tui benedicant tibi.

V. Exsultábunt sancti in glória. R. Lætabúntur in cubilibus suis.

V. Non nobis Dómine, non nobis. R. Sed nōmini tuo da glóriam.

V. Dómine exaudi oratióne meam. R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

### Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigásti flamas ignium:  
concéde propitiū: ut nos fámulos tuos non exúrat flamma  
vitiórum.

Actiōnes nostras. quæsumus Dómine, aspirándo  
præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra oratió  
et operatió a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Da nobis, quæsumus Dómine, vitiórum nostrórum  
flamas extingue: qui beátio Lauréntio tribuísti tor  
mentórum suórum incéndia superáre. Per Christum Dó  
minum nostrum. Amen.

### Oratió S. Thomae Aquinatis ad Patrem aeternum.

Grátiás tibi ago Dómine sancte, Pater omnipotens,  
ætérne Deus, qui me peccatórem indígnum fámulum  
tuum, nullis meis méritis, sed sola dignatióne miseri  
córdiæ tuæ satiáre dignátus es pretioso Córpore et Sán

guine Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi; et precor, ut hæc sancta commúnio non sit mihi reáthus ad pœnam, sed intercéssio salutáris ad véniam. Sit mihi armatúra fidei, et scutum bonæ voluntátis. Sit vitiórum meórum evacuátio, concupiscéntiæ et libidinis exterminátio, caritátis et patiéntiæ, humilitátis et obediéntiæ, omniúmque virtútum augmentátio: contra insidias inimicórum ómnium, tam visibilium, quam invisibilium, firma defénsio: mótu meórum, tam carnálium, quam spirituálium, perfécta quietátio: in te uno ac vera Deo firma adháesio: atque finis mei felix consummátio. Er precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórum perdúcere dignérís, ubi tu cum Fílio tuo, et Spíitu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaúdium sempitérnum, jucún-ditas consummáta, et felicitas perfécta. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

### Anima Christi.

Anima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inébria me. Aqua láteris Christi, lava me. Pássio Christi, confórta me. O bone Jesu, exaúdi me. Intra tua vúlnera abscónde me. Ne permít-tas me separári a te. Ab hoste maligno defénde me. In hora mortis meæ voca me. Et jube me venire ad te, ut cum sanctis tuis laudem te in sæcula sæculórum. Amen.

### Oratio ad Jesum.

Indulg. 3 ann. post Celebrationm Missæ. (Pius IX. 11. Dec. 1846).

Obsecro te dulcissime Dómine Jesu Christe, ut pássio tua sit mihi virtus, qua muniar, prótegar atque deféndar: vúlnera tua sint mihi cibus potúsque quibus pascar, inébrier atque delécter; aspersio Sanguinis tui sit mihi ablútio ómnium delictórum meórum; mors tua sit mihi glória sempitérna. In his sit mihi reféctio, exultátio, sánitas et dulcédo cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

## Oratio dicenda ante imaginem Ss. Grucifixi.

indulgentia plenaria, quin necesse sit Ecclesiam visitare, dummodo oretur per aliquod temporis spatium ad mentem Summi Pontificis. (Confirm. Pius IX. 31. Julii 1858).

En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspéc-tum tuum génibus me provólvo. ac máximo ánimi ardóre te oro atque abtéstor, ut meum in cor vívidos fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatórum méorum poenitentiam, éaque emendandi firmissimam voluntátem velis inprimere: dum magno ánimi afféctu et dolore tua quinque vúlnera mecum ipse consídero, ac mente contémplor, illud præ óculis habens, quod jam in ore ponébat tuo David Prophéta de te, o bone Jesu: Fodérunt manus meas et pedes meos: Dinumeravérunt ómnia ossa mea. (Ps. 21, 17, et 18.)

## Oblatio sui.

Indulg. 300 dierum semel in die. (Leo XIII. 26. Marji 1883.)

Súscipe Dómine universam meam libertátem. Acci-pe memóriam, intelléctum, atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo, vel possídeo, mihi largítus es: id tibi totum restítuo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco.

## \*\* Rhythmus S. Thomæ Aquinatis ad Sacram Eucharistiam.

Indulg. 100 dierum. (Leo XIII. 20. Dec. 1884.)

Adóro te devóte, latens Déitas,  
Quæ sub his figúris vere látitas:  
Tibi se cor meum totum súbjicit,  
Quia te contémplans, totum déficit.

Visus, tactus, gustus in te fállitur,  
Sed auditu solo tuto créditur:

Credo quidquid dixit Déi Filius:  
Nil hoc verbo veritatis vérius.

In cruce latébat sola Déitas;  
At hic latet simul et humánitas:  
Ambo tamen credens, atque cónfitens,  
Peto quod petívit latro pónitens.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor,  
Deum tamen meum te confiteor:  
Fac me tibi semper magis crédere,  
In te spem habére, te dilígere.

O memoriále mortis Dómini,  
Panis vivus, vitam præstans hómini:  
Præsta meæ menti de te vivere,  
Et te illi semper dulce sápere.

Pie pellicáne Jesu Dómine,  
Me immúndum munda tuo ságuine:  
Cujus una stilla salvum fácere  
Totum mundum quit ad omni scélere.

Jesu, quem velátum nunc aspício,  
Oro, fiat illud, quod tam sítio:  
Ut te reveláta cernens fácie,  
Visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.

### \*\* Oratio ad B. V. Mariam.

Indulg. 100 dierum. (Leo XIII. 20 Dec. 1884.)

O María, Virgo et Mater sanctissima, ecce suscépi dilectissimum Fílium tuum, quem immaculato útero tuo concepísti, genuísti, lactásti, atque suavíssimis ampléxi-bus strinxisti. Ecce cujus aspéctu lætabáris, et ómnibus delíciis replebáris, illum ipsum tibi humíter et amánter repræsénto, et offero tuis bráchiis constringéndum tuo corde amándum, sanctissimæque Trinitati in supré-mum latrīæ cultum, pro tui ipsius honore et glória, et pro meis, totiúsque mundi necessitatibus offeréndum. Rogo ergo te piissima Mater, ímpetra mihi véniam óm-

# ORDO EXERCITIORUM SPIRITALIUM.

MENSE JULIO 1913 ANNI.

Venite filii audite me: timorem Domini docebo vos  
(*Ps. 33*).

Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis  
(*Hebr. 5*).

---

Die 1 (8) Julii.

Hora 8 vesp. Conferentia: *De timore Dei.* Veni Creator. Benedictio cum SS-mo Sacramento.

## Die 2 (9) Julii.

H. 6 m. Surgitur.

6<sup>1/2</sup>—7. Meditatio: *De fine hominis.*

7. Missae sacrificium. Jentaculum. Horae (priv.).

9—9<sup>1/2</sup>. Lectio (in com.).

9<sup>3/4</sup>—10<sup>1/4</sup>. Meditatio: *De fine creaturarum et nostra ad eas relatione.*

10<sup>1/2</sup>. Conferentia: *De vocatione sacerdotali.*

11<sup>1/2</sup>. Considerationes de reformanda vita et examen conscientiae (in com.).

12. Prandium. Visitatio SS-mi. Tempus liberum: deambulatio vel quies.

2—3. Vesperae. Completorium. Recitatio partis Rosarii (priv.).

3—3<sup>1/2</sup>. Meditatio: *De malitia et effectibus peccati mortalis in vita sacerdotis.*

3<sup>3/4</sup>—4<sup>1/4</sup>. Lectio.

4<sup>1/2</sup>. Considerationes de reformanda vita et examen conscientiae (in com.).

- 5<sup>1/4</sup>. Matutinum et Laudes (in com.).  
6. Coena. Visitatio SS-mi. Tempus  
liberum.  
7<sup>1/2</sup>. Conferentia: *De Missae sacrificio.*  
8<sup>1/2</sup>. Examen Conscientiae de die transac-  
ta. Benedictio cum SS-mo.

3 (10) Julii idem ordo ac die  
praecedenti.

Meditatio matutina: *De sacrilegii peccato in  
Missa celebranda.*

Meditatio h. 9<sup>3/4</sup>—10<sup>1/4</sup>. *De morte.*

Conferentia h. 10<sup>1/2</sup>. *De officiis sacerdotis pasto-  
ralibus.*

Meditatio h. 3. *De poenis inferni.*

Conferentia h. 7<sup>1/2</sup>. *De extirpandis peccatis et  
defectibus.*

4 (11) Julii ceteris paribus ordo sequens.

H. 6<sup>1</sup>/<sub>2</sub>—7. Meditatio: *De filio prodigo.*

9—9<sup>3</sup>/<sub>4</sub>. Lectio

10—10<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. Meditatio: *De triplici quo homines  
Deo serviunt.*

11. Considerationes de reformanda vita  
et examen conscientiae (in com.).

12. Prandium. Visitatio SS-mi. Vesperae  
cum Completorio (priv.).

1<sup>1</sup>/<sub>2</sub>. Conferentia: *De virtutibus acquirendis  
et de perseverantia in bono. Te Deum.*  
Benedictio cum S-mo Sacramento.



# Prima Tabula pro Matutino recitando.

1. Festa Domini, B. M. V., S. Angel., S. Joseph, S. Joannes Bapt., Ss. Apost. Omnia festa I. et II. Cl. Dominicie infra Oct. Nativ., Epiph., Asc. et Corporis Domini.	Invitat.	Hymnus.	Antiph.	Psalmi	Versus	Absolut.	Benedict.	Lectiones	Respons.	Te Deum
	Proprium vel ex Comm.	Proprius vel ex Communi.	Propriae vel ex Communi.	Proprii vel ex Communi.	Proprii vel ex Communi.	Tres ordinariae.	Novem ord., nisi dicatur Ev. pro 9. Lect.	Novem proprie vel ex Communi.	Octo ex Propri. vel Communi.	Dicitur.
2. Duplex majus et minus per annum.	Proprium vel ex Comm.	Proprius vel ex Communi.	De Feria occ., nisi festum habeat proprias Ant.	De Fer. ece. (Feria quarta semper sumuntur in III. Noct. ex priori schemate), nisi festum habeat proprias Antiph.	De Fer. occ., nisi sit Officium cum propriis antiphonis.	Tres ordinariae.	Novem ord., nisi dicatur Ev. pro 9. Lect.	In 1. n. de scr. occ., nisi festum habeat propri. Lection. (non vero de Comm.) vel Resp. propri. vel incidat in Fer. maj. Ll. 2. et 3. n. de festo.	Octo ex Proprio, vel ex Communi.	Dicitur.
3. Semiduplex per annum.	Proprium vel ex Comm.	Proprius vel ex Communi.	De Feria occ., nisi sint proprie. Non dupl.	De Fer. occ., nisi sit Officium cum propriis antiphonis.	Tres ordinariae.	Novem ord., nisi dicatur Ev. pro 9. Lect.			Octo ex Proprio, vel ex Communi.	Dicitur.
4. Dominica.	Ex Psalterio. Temp Adv., Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Ex Psalterio. Temp. Adv., Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Semper ex Psalterio. Non dupl.	Semper ex Psalterio.	Semper ex Psalt. pro div. temporum.	Tres ordinariae.	Novem ordinariae.	Novem ex proprio de tempore. (9. L. histor. numquam fiat.)	Octo (extra Adv. et a Septuag. usque ad Pascha).	Dicitur (extra Adv. et a Sept. usque ad Pascha).
5. Dies infra Octavam.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo, sed non dupl.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo.	Novem: In 1. Nect. de scr. occ., nisi alter netetur, reliqua ppr. vel ut in festo.	Octo ut in festo.	Dicitur.
6. Simplex.	Ex Communi.	Ex Communi.	Novem de Feria occ. non dupl.	Novem de Fer. occ. sine interruptione et distinctione nocturnorum.	Ex 3. noct. de Fer. occ., qui Temp. tri-natum Pasch. mutatur.	Una juxta ordinem Feriarum	Tres ex 3. Noct. prima mutata.	Duo ex scr. occ., tercia de festo (ex duabus fiat una).	Duo ex Communi.	Dicitur.
7. Officium B. M. V. in Sabbato.	Proprium.	Proprius.	Novem de Sabbato.	Novem de Sabb. sub uno nocturno.	Ex 3. noct. Sabbati.	Una propria, quae in Officio B. M. V. in S. posita est.	Tres proprie.	Duo de scr. occ., tercia propria.	Duo propria.	Dicitur.
8. Feria vel Vigilia non priv.	Ex Psalterio. Temp. Adv., Quadr. Pass. ac Pasch. ex Ordinario.	Ex Psalterio. Temp. Adv., Quadr. ac Pasch. ex Ordinario.	Novem de Feria.	Novem sub uno noct. (Fer. IV in 3. noct. sumuntur in feris ex maj. poster. sch.)	Ex 3. noct. (In Adv., Quadr. et T. Passionis prop.)	Una juxta ordinem Feriarum.	Tres juxta ordinem Feriarum.	Tres de scr. occ. extra Quadr., IV Temp. et Vigilias.	Tres extra Temp. Pasch. (intra illud duo).	Non die, nisi Temp. Paschali.
9. Tempore Paschali.	Proprium vel ex Communi vel Ordinario et add. Alleluja.	Proprius vel ex Communi vel Ordinario.	Psalmi cuiuslibet noct. sub sola prima Ant. cum Alleluja, sit Festum habeat pp. Ant. vel sit sub 1) vel 4) exceptum. Alias die, 3 Psalmi in unoquoque Noct. sub unica Ant. All.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem diei.	Dicitur excepta feria II. Roh.

## Secunda Tabula pro Laudibus recitandis.

1.	Antiphonae	Psalmi	Capitulum	Hymnus	Versus	Ant. ad Ben.	Preces	Oratio	Suffragium
1. Festa Domini B. M. V. Ss. Angelorum. S. Joseph, S. Joannis Bapt., Ss. Apostol. Omnia festa I. et II. Cl. Dominicæ infra Octav. Nat., Epiph., Asc., Ss. Corporis Dominis	Propriae vel ex Comm.	Dominicales.	Proprium vel ex Communi.	Proprius vel ex Communi.	Proprius vel ex Communi.	Propria vel ex Communi.	Non dicuntur.	Propria vel ex Communi.	Omittitur.
2. Duplex majus, minus et Semid. per annum.	De Feria occ. e priori Laudum schemat. Si autem festum habeat Antiph. proprias, tunc sumuntur cum Psalmis de Dominicâ. In sem. non dupl.		Proprium vel ex Communi.	Proprius vel ex Communi.	Proprius vel ex Communi.	Propria vel ex Communi.	Non dicuntur.	Propria vel ex Communi.	Dicitur in Semid. extra Octavas, Adventum et Tempus Pass.
3. Dominica.	Ex Psalterio. In Adventu et a Sept. usque ad Dom. Palmari. incl. ex Proprio de T.	Ex Psalterio e priori schemat. In Domin. vero a Sept. usque ad Dom. Palmari. e posteriori.	Ex Psalterio in Dom. per annum. In Adv., a Sept. usque ad Dom. V. p. Pascha, ex Proprio de T.	Ex Psalt. in Dom. per annum. In Adv., In Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Ex Psalt. in Dom. per annum. In Adven. et Pasch. ex Ordinario.	Ex Proprio de Tempore.	Non dicuntur.	Propria.	Dicitur extra Adventum et Temp. Pass. Omittitur. si com. de duplice facta sit.
4. Dies infra Octavam.	Ut in festo, sed non duplie.	Dominicales.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo, sed non dupl.	Non dicuntur.	Ut in festo.	Omittitur.
5. Simplex.	De Feria occ. e priori L. schem.	De Feria occ. e priori Laud. sch.	Ex communi, nisi proprium.	Ex Communi, nisi proprius.	Ex Communi, nisi proprius.	Ex Communi, nisi propria.	Non dicuntur.	Ex Communi, nisi propria.	Dicitur.
6. Officium B. M. V. in Sabb.	De Sabbatho e priori L. schem.	De Sabbatho e priori Laud. schem.	Proprium.	Proprius.	Proprius.	Propria.	Non dicuntur.	Propria.	Dicitur extra Temp. Pasch. omisso nomine B. M. V.
7. Feria vel Vigilia non privilegiata.	Ex Psalterio. In VI Foris ante Vig. Nativ. et in Maj. Hebd. propri.	Ex Psalterio e priori schem. In Adv., a Sept. usque ad Pa- sch., in IV Temp. et Vig. e post. sch.	Ex Psalterio e priori L. schem. In Ad- ventu, Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Ex Psalterio e priori L. schem. In Ad- ventu, Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Ex Psalterio e priori L. schem. In Ad- ventu, Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordinario.	Per annum (exc. Feria IV. Cin. usque ad Sabb. seq. et IV Temp. Sept.) ex Psalt., aliis temp. e Proprio de Temo.	Dicuntur in Feriis majoribus et Vigiliis simpl.	Dominicae, in feriis majoribus propria.	Dicitur extra Adventum. Pass. et Tempus Pasch. Omittitur, si com. de duplice facta sit.
8. Tempore Paschali.	Sub una Antiphona Alleluja dicuntur quin- que Psalmi diei, nisi festum sit sub 1) vel 4) exceptum aut habeat Ant. prop. quibus additur Alleluja.	Juxta ordinem supradictum.	Juxta ordinem supradictum.	Juxta ordinem supradictum.	Juxta ordinem supra- dictum Alleluja.	Juxta Ord. supradictum eua Alleluja.	Non dicuntur.	Juxta ordinem supradictum.	Fit sola Commem. de Cruce, exclusis diebus, in quibus occ. Festum dupl. aut intra quaspiam Octavas.

# Tertia Tabula pro Horis minoribus recitandis.

1. Festa Domini, B. M. V., Ss. Angel., S. Joseph, S. Joannis Bapt., Ss. Apost. Omnia Festa I. et II. Cf. Dominicæ infra Oct. Nativ., Epiph., Asc. et Ss. Corporis Domini.	Hymnus	Antiphonae	Psalmi	Capitulum	Resp. breve	Oratio	Preces	Lectio brevis
	Ex Ordinario.	Ex Laudibus (IV. omissa. Non duplicitur.)	De Dominicæ. (In Prima: Ps. 53, 118 I 118 II.)	In Prima: «Regi saec.» In reliquis proprium vel ex Communi.	In Prima ex Ordinario, in rel. prop. vel ex Communi.	In prima ex Ordinario, in reliquis de die Festi.	Non dicuntur.	Capitulum Nonae.
2. Duplex missus, minus et Semid. per annum.	Ex Ordinario.	Semper sumuntur ex Psalterio de feria occ.	Semper ex Psalt. de Feria occurrente.	In Prima: «Regi saec.», in rel. prop. vel ex Communi.	In Prima ex Ordinario, in rel. prop. vel ex Communi.	In Prima ex Ordinario, in reliquis de die.	Dic. in semid. exten Octavas in sola Prima.	Capitulum Nonae.
3. Dominica.	Ex Ordinario.	In Adv.. sumuntur ex Laudibus ut in Propri. de Tempore. A Sept. usque ad Dom. Palm. propriae. Aliis temp. ut in Psalterio.	Ex Psalterio. In Prima die, a Septuag. usque ad Dom. Palm. 4 Psalmi, alis temp. semper 3. Symbol. Ath. in Prima additum in Dom. min. post Epiph. et Pent., nisi comm. fiat de dupl. vel de die infra Octav. (Item dic. in Festo Ss. Trinitatis).	In Prima: «Regi saec.» in rel. Horis ut in Ordinario. Tempore autem Adv., a Septuag. usque ad Dom. Palm. et T. Pasch sum. Cap. Tertiae, Sextae et Nonae ex Propri.	In Prima per totum annum ex Ordinario, in rel. Horis ut in Ord. Tempore autem Adv., Quadr., Pass. et Pasch. su- muntur Resp. in Tertia Sexta et Nona ex Proprio de Temp.	In Prima ex Ordinario, in reliquis de Dominica.	Dic. in sola Prima. Omittantur infra Oct. et quando in Laud. facta sit com. de duplci.	Ex Ordinario juxta divers. temporum.
4. Dies infra Octavam.	Ex Ordinario.	Ex Laudibus festi IV. Omissa). Non dupl.	De Dominicæ. (In Prima: Psalmi 53, 118 I, 118 II.)	In Prima: «Regi saec.» in reliquis ut in festo.	In Prima ex Ordinario, in reliquis ut in festo.	In Prima ex Ordinario, in reliquis ut in festo.	Non dicuntur.	Capitulum Nonae ut in festo.
5. Simplex.	Ex Ordinario.	Sumper sumuntur ex Psalterio de Feria occurrente. In Prima semper 3 Ps.	Ut supra in Semiduplici per annum.	Ut Supra in Semid. per annum.	Ut supra in Semid. per annum.	Dicuntur in sola Prima solae Dominicæ.		Capitulum Nonae.
6. Officium B. M. V. in Sabbato.	Ex. Ord., (mutatur Versus finalis).	Sumuntur ex Psalterio de Sabbato. In Prima 3 Ps.	In Prima: «Regi saec.» in rel. propria.	In Prima ex Ordinario (Versus pprius) in rel. prop.	In Prima ex Ordinario, in reliquis propria.	Dicuntur in sola Prima solae Dominicales.		Capitulum Nouae.
7. Feria vel Vigilia non privilegiata.	Ex Ordinario.	Sumuntur ex Psalterio. (Temp. Quadr. et Pass. ex Ordin. Fer. II., III. et IV. Maj. Hebd. ex Laud. feriae currentis. Temp. Adv. Antiph. de Laud. anteced. Dom., et in VI fer. ante Vigil. Nat. Dom. ex Laud. feriae Adv. curr.)	De Feria occ. ex Psalt. In Prima dic. 4 Ps., si in Laud. Schema II sit sumpta.	In Prima extra t. Pasch. «Pacem», in rel. ut in Ordinario juxta divers. temporum.	Semper sumitur per singulas horas ex Ord. juxta divers. temp.	In Prima ex Ordinario, in reliquis ut in Laud.	Dicuntur integrae in Fer. maj. et Vig., quae jeju- nantur, alias in sola Prima solae Dominicæ.	Ex Ordinario.
8. Tempore Paschati.	Ex Ordinario, extra Octav. Paschæ. Infra Hebdom. Pent. in Tertia Hymnus proprius.	In festis sub 1) et 4) exceptis ex Laud. cum Alleluja. In omnibus aliis testis ex Psalterio t. Pasch.	In festis sub 1) et 4) exceptis de Dominicæ, in omnibus aliis de Feria occ.	Juxta ordinem diei. In Prima in omnibus fest. et fer. dic. «Regi saec.»	Juxta ordinem diei cum duplici Alleluja.	Juxta ordinem diei.	Juxta ordinem supra- dictum.	Juxta ordinem diei.

# Quarta Tabula pro Vesperis et Compl. recitandis.

1. Festa Domini B. M. V., S. Angelorum, S. Joseph, S. Joannis Bapt., Ss. Apostol. Omnia festa I. et II. Cl. Dominicæ infra Octav. Nat., Epiph., Asc., Ss. Corporis Domini.	Antiphonae	Psalmi	Capitulum	HYMN., VERS. ET ANT. AD MAGN.	Preces	Oratio	Suffragium	Completorium.
	Propriae vel ex Comm.	Proprii vel ex Communii.	Proprium vel ex Communii.	Propria vel ex Communii.	Non dicuntur.	Propria vel ex Communii.	Non dicitur.	Praecedenti die Dominicali, si Vespereæ integrae vel a Cap. de Feste fuerint. In ipso die festi Dominicæ dic- tur, si II. Vesp. integrae de festo fuerint.
2. Duplex majus, minus et Semid. per annum.	De Feria occurrente. Si vero festum habeat Antiph. ad Psalmos proprias, tunc sumuntur cum suis Psalmis. In Sem. non duplicantur.	Proprium vel ex Communii.	Propria vel ex Communii.	Non dicuntur.	Propria vel ex Communii.	Dicitur in sem. (extra Octav., Adv. et Temp. Pass.)	Semper sumuntur de Feria occ. cum Precibus in diebus semid., nisi sit dies infra al. Octavam.	
3. Dominica.	In 1. Vesp. Ant. et Psalmi de Sabbatho. (In Adv. tamen Ant. sumuntur e Laud. Dom. seq.) In 2. Vesp. Ant. et Psalmi semper ex Psalterio sumun- tut excluso solo Tempore Adventus, quo Ant. e Proprio de Tempore sumuntur.	Per annum ex Psalterio, exc. Dom. Septuag., Sex. et Quinq. — In Adv., Quadr., Pass. et T. Pasch. et in Proprio de Tem.	Hymn. et Vers. per annum ex P'salt. — Temp. Adv., Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordin. Ant. ad Magu. in 2. Vesp. semper ut in Propri. de Temp.	Non dicuntur.	Dominicales.	Dicitur extra Oct., Adv. et T. Pass. Omititur etiam, si festum duplex commemoretur.	Dominicale cum Precibus, nisi Dom. infra Oct. incidat vel in Vesp. facta sit com- memoratio de duplice.	
4. Dies infra Octavam.	Ut in festo, sed non dupl., et quidem ex 1 Vesp. festi, quando aliis dies infra Oct. sequatur.	Ut in festo.	Ut in festo.	Ut in festo. Ant. non dupl.	Non dicuntur.	Ut in festo.	Non dicitur.	Dominicale sine prec.
5. Simplex. (1. Vesperæ)	Ex Psalterio feriae currentis.	Ex Psalterio de Feria ocurrente.	Ex communii, nisi proprium.	Ex Communii, nisi propri.	Non dicuntur.	Ex Communii, nisi propria.	Dicitur.	De Feria occ. cum Prec. Dom.
6. Officium B. M. V. in Sabbatho. (1. Vesperæ)	Ex Psalterio de Feria VI.	De Feria VI.	Proprium.	Propr.	Non dicuntur.	Propria.	Dicitur omisso nomine B. M. V.	De Feria VI cum Prec. Dom. In Hymno mutatur versus finalis.
7. Feria	Semper ex Psalterio.	Ex Psalterio.	Per annum ex Psalterio. In Adv., Quadr., Pass. et Pasch. ex Ord.	Per annum ex Psalterio. In Advent., Quadr., Pass. et Pasch. ex Ordin. — Ant. ex Psalterio vel Proprio.	Dicuntur in Feriis majoribus	Dominicae, nisi propria.	Dicitur extra Adv. et T. Pass. Omititur, si Com. de dupl. fiat.	De Feria occ. cum Precibus.
8. Tempore Paschali.	Sub una Ant. Alleluja dicuntur V Psalmi, nisi festum sit sub 1) vel 4) exceptum vel habeat Ant. propriæ, quibus Alleluja additur..	Juxta ordinem supra- dictum.	Juxta ordinem supra- dictum.	Juxta Ord. supradictum. Vers. et Ant. ad Magn. cuia Alleluja.	Non dicuntur.	Juxta ordinem supradictum.	Fit sola Commem. de Cruce, evcl. diebus dupl. et diebus infra quaspiam Octavas.	De Dominica vel Feria cum Ant. Alleluja. Preces Dom. dicuntur, si festum vel feria id exposcat.

nium peccatórum meórum, ubérémque grátiam, ípsi deinceps fidélius serviéndl, ac déniqe grátiam flnálem, ut eum tecum laudáre possim per ómnia sáecula sæculórum. Amen.

### Oratio, qua postulatur perseverantia.

